Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dñi in eternum manet cogitationes cordis eius
in generatione & generationem. Beata gens cuius
est dñus ds eius populus quem elegit in hereditatem
sibi. De celo respexit dñus uidit omes filios homi
num. De preparato habitaculo suo respexit super
omes qui habitant terram. Qui finxit singilla
tim corda eorum qui intelligit omnia opa eorum. Non
saluatur rex p multam uirtutem & gygas non
saluabitur in multitudine uirtutis sue. Fallax
equus ad salutem in abundantia autem uirtutis
sue non saluabitur. Ecce oculi dñi super metuentes
eum & in eis qui sperant super misecordia eius. Vt eruat
a morte animas eorum & alat eos in fame. Anima
nra sustinet dñm quo adiutor & protector nr
est. Quia in eo letabitur cor nrm & in nomine
sco eius speauimus. Fiat misecordia tua dne super
nos quemadmodum speauimus in te.

Benedicam dño in omni
tempore semp laus eius in ore meo. In
dño laudabitur anima mea audiant
mansueti & letentur. Magnificate